

Q

Quodam accepto per nos ad iura et omnia iura animarum nrorum momentibus ac etiam precibus Carissimi in xpo filij nri Johannis Aragonum Regis Illustris dilectum in xpo filium
 Saborem de Orades Monasterij Monasterij Sencie Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani Sleiden diocesis in iure dilecte in xpo filie Johanne de Bourze dudum ipsius Monasterij Prioris in illius
 Prioratu competenti successimus. iure Sabore ut asserbat eisdem successione obtinuit regimini et administrationis bonorum dicti Monasterij possessionem foret assensu tam dilecta
 in xpo filia Sibilia de Alagon asserens se in iure Monasterij Prioris electam cum nonnullis alijs eisdem Monasterij prioribus in ea parte compleribus aliquas res facias et quatuordecim
 mobilia bona ad ipsum Monasterium legitime spectantia rapuerant et detinebant in suam periculis animarum. Nos per alias nras litteras in forma brevis dilecto filio Ludouico Constantij
 Abbat Monasterij Alodige Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani Sleiden diocesis dedimus in mandatis ut si ita esset uocatis sibilia predicta et alijs qui forent euocandi tam Sibilian
 qua alios quoscuq; alios occupatores bonorum huiusmodi auctoritate nra per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia ad restituendum bona predicta eidem Isabeli compelleret prout de
 iure faciendum esset et in ipis litteris plenius continetur. Cum autem sicut nuper eadem Sibilia nobis exponi fecit modernus Abbas dicti Monasterij eisdem litterarum forma non seruata
 per uiam facti potius quam iure ad ipsarum litterarum executionem minus rite procedens inter alia Sibilian et alias sibi adherentes sorores predictas ex arupto et de facto excommunicationis
 sententia inuolauit easq; mandauit et fecit excommunicationis publice nuntiari necnon prorsus per eum habitos quauis inualide agnouerit licet de facto Sibilia et adherentes sorores
 prefate sententias exinde a prefato Abbate indebitis se grauari ad sedem apostolicam appellauerunt nris humiliter supplicauerunt ut eas ab huiusmodi excommunicationis sententia absolui mandare
 ac alias eis easq; statu fieri et hys oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui in exhibitione iustitie cunctis fidelibus debitores sumus huiusmodi supplicationibus
 inclinata discretioni nre per apostolica scripta mandamus quatinus uos uel aliter uos si uocatis dicta Sabore et alijs qui fuerint euocandi uobis consistit de premisis Sibilian et adherentes
 sorores predictas si hoc humiliter petierint recepta tamen prius ab eis cautione idonea super eo quo excommunicate habentur qd si dictam excommunicationis sententiam in eas latam uobis consi
 terit fore iustam iuris et ecclie mandatis procedunt absoluitiois beneficium huiusmodi ad cautelam si et prout iustum fuerit auctoritate nra impendat super alijs uero auditis hinc
 inde propositis quod uultum fuerit appellatione rinota decretatis facientis quod dixeritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari Testes autem qui fuerint nominati si sciatio odio uel
 timore subtraxerint censuram sicut appellatione cessante compellantur ueritate testimonium exhibere Non obstantibus fecimus recordationis Bonifacii pp viij predecessoris nri qua cautum ne quis extra
 suam Curiam uel diocesis uel diocesis dictam a sine sue diocesis ad iudicium euocetur et alijs apertis Constitutionibus contrarijs quibuscuq; Aut si eadem Isabeli uel quibusuis alijs communitis uel
 diuisim a dicta sit sede indultum qd interdicta suspenda uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem
 Dat. Tibur. Anno incarnationis domini Millesimequadringentesimo sexagesimo primo Quinto Id. Septembris Pontificatus nri Anno Quarto



Jo. de. Carrauno